COLLECTA-NEA SIVE REPOR-TATA, *Bernardini Alphani,*

IVRISCONSVLTI
Peruſini, & Sexti à
Bartolo.

AD MILLE INSIGNIORA LOCA
I.C. ex varijs tam antiquorum authorum monumentis longo ſtudio ac magna diligentia conquiſita & congeſta: ad ſubleuandum omnium ius ipſum Cæſareum profitentium, laborem mirum in modum conducentia, & ad communem Studioſorum vtilitatem nunc primum in lucem edita.

CVM DVPLICI INDICE, VNO LEgum, Altero notabilium materiarum.

es de D. Diego Manrrique

LVGDVNI,
Apud Symphorianum Beraudum.
M. D. LXXII.

BIBLI… SALAMANCA …ARIA

REVERENDISSIMO BONSIGNORI FINETTO, ROMANAE ROTAE AVDITORI, & Peruſiæ Vmbriæque Gubernatori digniſſimo,

BERNARDINVS ALPHANVS IVRISCONS. S. D.

*EARVM Artium, quæ ab hominibus aut diſcuntur, aut do-
centur, vt ſummam inter mortales gloriam conſequantur: nulla
eſt, in qua plures Naturæ quodam impulſu operam ſuam locare
conſueuerint, quàm in Iuris, Iuſtitiæq; cognitione, quæ cùm eiuſ-
modi ſit, vt nulla reperiatur Ars alia quæ plura in communem omnium vti-
litatem afferat, ſummáque ac ampliſſima præmia, vel ad gratiam, vel ad opes,
vel ad dignitatem ei proponantur, mirari non debemus, vnde fiat, vt hominum
animi ad huiuſmodi ſtudia igniculis quibuſdam cupiditatis incendantur atque
inflammentur, ac ex omni memoria ætatum, temporum, Ciuitatum, tàm ma-
gnus Iuriſconſultorum numerus extiterit. Atque vt omittam alias vrbes, quæ
ſemper in hac ſcientia Principes eſſe voluerunt, & in quibus leges ipſæ inuectæ
ac perfectæ penè ſunt, in hac ipſa ciuitate profectò, nulla vnquam vehementius
quàm Iuris Ciuilis ſtudia viguerunt. Quibus de cauſis fit, vt valdè probem in-
genia noſtrorum hominum, eáque multum cæteris hominibus omnium gentiū
præſtitiſſe iudicem, qui ea doctrina, quam incredibili quodam ſtudio aſſecuti
ſunt, ad eam gloriam peruenerunt, ad quam non communis, ſed paucorum nota
ta veſtigijs via quædam eſt, quorúmque nomina multorum: & ſermonibus, &
ſcriptis celebrata, nulla vetuſtate extingui poſſunt. De Baldis illis loquor,
Angelis, Petris, ac alijs eius generis innumeris autoribus, de quibus patria no
ſtra gloriari iure poteſt, quibuſq; nullum gloriæ, nullum honoris præmium eſt,
quod non meritò tribuendum putetur, ij, ij ſunt viri, de quibus nulla poſteritas
conticeſcet. Sed vt vetera ſileamus, quo tēpore ciuitas noſtra maiore, quàm nūc,
Ius Ciuile docentium multitudine vnquam floruit? quocunque te conuerteris,
permultos huius diſciplinæ doctores videbis ſummæ nō ſolū expectationis, ſed
etiā virtutis, qui nō lucri ac cōpendij ſpe illecti, ſed ſcientiæ ſtudio, veræq; gloriæ
quæ merces virtutis induſtriæq; altrix eſt, deſiderio impulſi in has ſacroſanctas
leges incumbunt, quos cùm ſocios, & conſortes glorioſi laboris habeam, ita lau-
do, vt laudum etiam mearum curſum ab illis ſperem adiutum iri. Ne mirum
vnuſquiſque natura ſuæ ſemina ſequitur, & cùm Iuris conſtitutio, ac obſerua-
tio humanæ mentis, rationiſque adeò propria eſt, vt hoc vno præſtemus, vel ma-*

LIBRARIVS LECTORI.

COllectas declarationes ab excellentiſsimo Alphano ex omni iuris ciuilis Volumine ad tui commodum edimus candide Lector, quas tibi delectationem, vtilitatémque pariter allaturas ſperamus, ſi in duplici Indice foliorum numerum non citauimus, ne mireris, nam leges ab ipſo Authore numeris ita ordinatas habes, vt ſuperflua fo iorum allegatio nobis viſa fuerit, idémque in notabilium materiarum Indice ſeruauimus, talem enim obſeruationem non eſſe neceſſarium æſtimauimus. Opuſculum igitur hoc aureum, velut theſaurum tibi compara, chariſſimumque velut precioſam margaritam habeas, & vale.

BERNARDINI ALPHANI IVRISCON. PERVSINI SEXTI A BARTOLO,

COLLECTANEA IVRIS Ciuilis.

1 *L. Hac edictali. C. de ſecun.nupt.*

MAter ſecundò nubens, non poteſt plus donare vel relinquere ſecũdo marito, quàm quod minus reliquerit vni ex filiis primi matrimonij.

De materia iſtius l. & an ante omnia filij prioris matrimonij detrahãt legitimã, & quid habeat ſecundus Coniux. Vide Cra.cõſil.142.& 20. Alex ad l.Muliérq;.ff.ad Trebel.Dec. in Auth. Præterea nu.7. & ibi Pic.nu.33.37.& 40.C.vnde vir & vxor. Iaſ. in Auth.vnde & ſi parens.nu.4.C.de inoff teſtam. Affli deciſ.75.Quędã, aliquid pono.ad l fœminę § illud C.de ſecũ.nupt.Crem.ſingul. 89.An lex.Rot.Rom.deciſ.34 in mater.Pariſ cõſil.92.95.lib 3.Cra. conſil 40.& 193.num.13.Rip ad l.in quartam, in fin. ff.ad l.Fal. Io. de Ana.conſi.67.& ibi Bologn.in addi.ad eum Bal.conſil.12.& 297. lib.4. & conſil.271.lib.2.Anch.conſi.105.& 380. Corn conſil. 81. l.3.Rip in lib.reſponſ.in tit.de ſecun.nupt.Soc Iun.cõſi 103.nu.43. lib.1.Latiúſq; alibi Rolan. à Vall.in tract.de lucr. dot q.24.nu.2.q. 26.num.1.8.13.& 15.& quæſt. 28.num.1. & 3.& q.28.num.1.& 6. & q.30.31.32.33.34.& 35.

An diſpoſitio d. l. habeat locum in filiis vulgò quæſitis, Rom. ſingul.232.an lex.Et quando, & in quibus caſib.iſta l.procedat, & an poſſit dari cautella ad eam effugiendam. Dec.conſil.246.

Ad gloſ.hic in verbo diuidi, ibi, dico quòd reuocãt.ſequitur Bal. conſil.161.ſecundæ vxori.lib.4.Angel.cõſil.285. Punctus.Riminal. conſil.166.nu.6 10 & 17.inter cõſil.diuerſ.ad cauſ.vlt.volũt.vol.1.

2 *L. Qui autem.ff.quæ in fraud.credit.*

Qui negligit acquirere, non videtur facere infraudem creditorum. An habeat locũ in lucro dotis. Vide Deci conſil.260. Zuccar. ad Rub.C de pact.num.121.Io.Bapt.Cimat ad l legatum.ff de lega. 1.num.10& 49.Cagnol.ad l non fraudantur, in fin.ff.de regul. iur. pro intell.Socin.Iun.conſil 124.num.4.lib.3.

3 *L. Si quis intentione ambigua.ff.de iud.*

Ambigua oratio interpretatur ſecundum intentionem proferẽtis.Declara vt per Dec.conſil.77.& ad Rub.C.de eden.in fin. Alex. ad l.ſi finita.§.Iulia.ff.de dam.infect.ad l.naturaliter.§.nihil.cõmu-